



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. Quæ res Ecclesiæ alienari possunt licitè, & sine juris solemnitate, & quibus casibus prohibitæ sunt alienationes rerum Ecclesiasticarum, etiam servatâ, ac solemnitate juris?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. III.

Quæ res Ecclesiæ alienari possunt licite. Et sine juris solemnitate, Et quibus casibus prohibita sunt alienationes rerum Ecclesiasticarum, etiam servatâ formâ, ac solemnitate juris?

Primò res mobiles Ecclesiæ, quæ servando servatâ non possunt (uti sunt, quæ usu absumuntur, vel atteruntur, quæ longius servatâ faciliè negliguntur, aut invetescunt, quæ ad quotidianos usus destinatæ sunt, &c.) liberè, & sine juris solemnitate aliàs requisitâ, alienari possunt, tum quòd servatâ nihil sint utiles Ecclesiæ, tum quòd talium alienatio libera, nullibi prohibeatur; & hinc potest Episcopus pecuniam ex rebus Ecclesiæ taliter divenditis acquisitam, ad coëmendanda aurea, & argentea, aliâque pretiosa, etiam immobilia, &c. impendere, non ut suæ mentis aut Ecclesiæ incorporarentur, sed ut bene de Ecclesiæ meritis donentur, &c. quia subrogatum sapit naturam illius, cui subrogatur.

Secundò potest alienare Prælati Ecclesiæ, etiam res illius immobiles, exiguas, & quæ Ecclesiæ minùs sunt utiles, pro utilioribus comparandis, cum consilio saltem, & consensu sui Capituli *c. Pa super 8. §. possessiones h. t. & sine illius consilio, res evidenter inutiles, vel etiam nocivas Ecclesiæ; uti & fundum sterilem, quem donavit colono, ut fertilem redderet, fertilem jam redditum, in Emphyteusin illi relinquere potest, aut hæredibus illius, cujus operâ & labore fertilis factus est, in signum scilicet gratitudinis. *c. Ad aures 7. h. t. & quam-**

vis mancipia Ecclesiæ inter res mobiles Ecclesiæ pretiosas censentur, & ibi alienari non possunt, nisi sint servatâ vi, conceditur tamen etiam Episcopo vel Prælato ob allatam rationem, industriam, aut liberalitatem Ecclesiæ contulit, aut acquisivit, ut mancipia re ea possit, juxta rei collatæ, vel servatâ modum. *c. Consensus 3. h. t.*

Sunt tamen etiam plures casus, in quibus nullo modo res Ecclesiasticæ alienari possunt, nec adhibitis quidem solennitatibus, quæ scilicet res immobiles Ecclesiæ pervenerunt ex Imperatoris donatione vel fundatione, sine conditione scilicet ipsius Imperatoris; quæ in conditione, ut non alienentur, servatâ donata sunt; si Ecclesiæ v. g. per translationem, in usum profanum transferentur; si Episcopus sibi res Ecclesiæ emere vellet, ita ut jam propria Episcopi forent, &c. videntur *Gratiani Authent. Hoc in porrectum. P. Eius perpetuo. C. de SS. Eccles. quæ Civitate nonizata est, in cau. Ea enim §. Hæc causa 10. q. 2.*

SECTIO II.

De causis, Et forma, Et solemnitate requisita ad rerum Ecclesiasticarum alienationem.

§. I.

Ob quas causas alienari licitè sint res Ecclesiastica etiam mobiles pretiosa?

Aldlicitam alienationem rei Ecclesiasticæ, quæ aliàs alienari prohibetur